

Commune und das gesammte Volk für sich beanspruchten, d. h. neben der ausübenden auch alle gesetzgebende Gewalt ¹⁾. In gleicher Weise ging nach Azzo's Tod 1339 die unbeschränkte Herrschaft auf die Gebrüder Giovanni und Luchino über ²⁾, und es

turos bona fide, sine fraude, et quod custodietis et salvabitis ipsum populum hinc ad ipsum terminum; et dictum populum conservabitis et manutenebitis in suo honore et statu, et magnitudine, et quod manutenebitis ipsum dominum archiepiscopum in suo statu, et magnitudine, et quod manutenebitis reformationes, et consilium et statuta et ordinamenta populi, et comunis Mediolani facta et facienda, et quod defendetis ipsum populum, et comune Mediolani toto posse modis omnibus, et specialiter ipsum populum, et si praedicta deficerent quod observabitis leges Romanas.

¹⁾ Joh. de Sitonis Vicecomitum etc. Genealogica Monumenta, Mediolani 1714, pag. 6. Balya data D. Azoni Vicecomiti: „quod Magnificus Miles Dominus Azo Vicecomes sit, et esse debeat Dominus Generalis, et perpetuus Civitatis, et Districtus Mediolani, et quod habeat plenum Dominium dictae Civitatis, et ejus Districtus et merum, et mixtum Imperium, et omnimodam jurisdictionem in dictâ Civitate, et ejus Districtu in omnibus, et per omnia, ut habet Commune Mediolani, et totus Populus Civitatis, et Districtus Mediolani, et omnia dicere, facere et exercere per se, et quosecumque alium, vel alios tam obligando dictum Commune pro factis, et in factis propriis praesentibus, et futuris dicti Domini Azonis, seu eum specialiter, et singulariter tangentibus, quam in factis dicti Communis, et hominum Mediolani, quemadmodum potuit, et potest Commune Mediolani, et Populus, et Consilium Generale Communis Mediolani; et proinde valeant, et teneant, et roboris firmitatem obtineant, qua fient per ipsum, et quemeunque, alium vel alios, cui vel quibus commiserit tam in factis propriis, seu singulariter eum Dominum Azonem tangentibus, etiamsi mandatum exigenter expressum, et speciale, quam in factis dicti Communis, ac si facta, ordinata, et provisa, firmata, pronunciata, et commissa essent, et forent per Commune Mediolani, et per totum Populum, et Consilium Communis Mediolani; et ita possint, et debeant executioni mandari, et valere in omnibus et per omnia. Et quod habeat dictus Dominus Azo plenam Balyam, et potestatem statuendi, et ordinandi Statuta, et Ordinamenta, et jura municipalia faciendi pro dicta Civitate et ejus Districtu, quemadmodum habuit, et habet Commune Mediolani, et Consilium Generale dicti Communis, et etiam totus Populus Civitatis praedictae, et ejus Districtus, et proinde valeant, et valere, et servari debeant, et executioni mandari, ac si provisa, facta, et ordinata, ac statuta essent per Commune Mediolani, et Consilium Generale dicti Communis, ac etiam per totum Populum Civitatis, et Districtus Mediolani, ac etiam ipsa omnia cassandi, et irritandi, mutandi, diminuendi, addendi, et corrigendi secundum quod ipsi videbitur expedire et totiens quotiens ipsi placuerit, et sibi videbitur, Statutis, ordinamentis provisionibus, consuetudinibus, jure, Privilegio, aut aliquo alio in contrarium facient, vel facientibus non obstantibus; etiamsi de ipso, vel ipsis in praesenti propositione, et consilio, et ejus reformatione fienda opporretet speciale fieri mentionem, quae et nunc facta intelligatur. — Chron. Modoet. in Mur. Script. XII. col. 1118 nennt zwar schon den Sohn von Matteo Galeaz dominus perpetuus, aber in Urkunden, wie bei Frisi Memorie stor. di Monza II. 157, finde ich ihn nur dominus Mediolani genannt.

²⁾ Galvani de la Flamma Opusculum in Muratori Script. XII, col. 1030. — Chron. Modoet. ibid. col. 1175. — Corio I. c. III. III. mit dem genauen Datum 17. August 1339.